Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



discretus Jeremie dicitur. Prius
quam te formarem in utero no
ui te. et prius quam exires de uul
ua sanctificaui te. Anna fecun
ditatis aliena samuelem
prophetam quem deo offerret
enixa est. ut et partu cla
ra esset et uoto. Zacharias
sacerdos de elyzabet steri
li sanctam suscepit prolem. et
precursor xpi futurus iohes
propheticum spiritum intra uiscera
matris acceperat. et non
dum genitus puer genitri
cem domini signo clause exul
tationis ostenderat. Ma
gna heo omnia et diuinorum
operum sunt plena miraculis.
sed hoc ipso moderacius stupen
da quo plura. Natiui
tas autem domini nostri ihesu xpi
omnem intelligentiam
superat. et cuncta exempla
transcendit. nec potest
esse ullus comparabilis. que est
inter omnia singularis.

Sic ergo eligitur uirgo de
semine abrahe. ac de radice
yesse per prophetias uoces.
et mysteria signa promissa.
Denunciatur ab archan
gelo sine dampno pudoris
beata fecunditas sacram
uirginitatem. nec conceptu
uiolaturam nec partu. Su
peruenientem quippe in ea spiritum
sanctum et altissimi obumbrante
uirtute incommutabile dei
uerbum. de incontaminato
corpore habitum sibi humane
carnis assumpsit. que et
nullum contagium de concu
piscentia traheret. et ni
chil eorum que ad anime cor
poris que naturam pertinent
non haberet. Recedant
procul atque in tenebras suas.
recedant hereticarum monstra
opinionum. et insanarum
sacrilegia falsitatum. Nos
exultans in laude dei ce
lestium multitudo et instruc